

Ob 12



# INDEX LECTIONUM

IN

**LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBURGENSESI**

**PER AESTATEM**

**ANNI MDCCCLV A DIE XVI APRILIS**

**INSTITUENDARUM.**



**PRAECEDIT DR. FRANCISCI BECKMANN  
QUAESTIONUM PYTHAGORICARUM PARTICULA ALTERA.**

---

**Brunsburgae,**  
impressit C. A. Heyne.

1855



MIZOWSKI ZAWIĄZANIE

LYCEI REGII HOSIANI RECTOR

**DR. LAUR. FELDT,**

PROF. PUBL. ORDIN. ET NONNULLARUM SOCIETATUM LITTERARIARUM SODALIS.

KSIĄŻNICA MIEJSKA  
IM. KOPEJNIKA  
W TORUNIU

~~Stadtbibliothek  
Thorn~~

AB 1472



LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBERGENSIS  
RECTOR ET SENATUS  
CIVIBUS SUIS

S.

**I**n indice lectionum hibernarum 1852—53 argumenta illa recensere instituimus, quibus Gruppius, unus criticorum novissimorum, efficere studuit, Pythagoreorum quae feruntur fragmenta, Philolaicis exceptis, cuncta fere ab homine Judaeo, Philonis Judaei discipulo, paullo post Christum natum esse supposita<sup>1)</sup>. Non ingratum Vobis, Commilitones humanissimi, facturus mihi videor, si nunc iterum in hunc campum, ad artis criticae cognoscenda pericula non inutilem, deducere Vos conor.

Ducta sunt Gruppii argumenta maximam partem ex fragmentorum illorum de deo, de homine, de lege, de regia dignitate, de pietatis officio sententiis et aliquot, quae aut Veteris Testamenti aut Philonis Judaei propriae esse dicuntur, locutionibus et vocabulis. Sed de deo placita, quae huc pertinent, iam satis illustrasse et ab omni Judaicae originis suspicione vindicasse nobis videmur<sup>2)</sup>. Quare nunc aliquot de homine et quidem de naturae humanae dignitate et excellentia sententias, quae critico illi Judaicum, sive Veteris Testamenti sive doctrinae Philonianae, colorem referre visae sunt, perlustraturi et a criminationibus eius vindicaturi sumus.

3. Non paullum igitur momenti ad Judaicam fragmentorum illorum ex officina Alexandrina originem probandam Gruppius Diotogenis, Euryphami, Ecphanti aliquot de hominis cum deo similitudine sententiis tribuit, quod ex Alexandrina Veteris Testamenti interpretatione derivatae ipsi videntur. Etenim tam Diotogenis quae exstant apud Stob. Flor. 43, 130: ἀπ' αὐτῶ (sc. Θεῶ) ἐσμὲν καὶ κεκοινωνήκαμεν τῷ Θεῷ, quam Euryphami quae leguntur apud Stob. Flor. 103, 27: τὸ θῆϊον ἀνθρώπον πολυτελέστατον ζῶον ἐς τὸν κόσμον ἐσφύμισεν ἀντίμιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσεως, et Ecphanti Pythagorei

<sup>1)</sup> Cf. commentatio eius quae inscripta est: Ueber die Fragmente des Archytas und der älteren Pythagoreer. Eine Preisschrift von Dr. O. F. Gruppe. Berlin 1840. Item: die kosmologischen Systeme der Griechen, von Gruppe. Berlin 1850. p. 129. Accedunt aut certe auctoritate Gruppii utuntur Stahr Hall. Jahrb. 1841., Ahrens de dialecto Dorica. Gotting. 1843., item Mullach, Zeller, alii.

<sup>2)</sup> Cf. Ind. lect. Lyc. Hos. 1852—53. §. 1. et 2.



verba apud Stob. Flor. 48, 64: *ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ* (sc. ὁ τεχνίτις λῶστος), respondere dicit biblicis versionis Alexandrinae verbis quae leguntur Gen. 1, 27: *καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν* (addere etiam poterat Gen. 5, 1. Act. Apost. 17, 28. I. Cor. 11, 7.), nec dubitat, quin pauca illa placita sufficiant ad nexum, qui Pythagoreorum illorum fragmentis cum Alexandrina Veteris Testamenti interpretatione intercedat, demonstrandum<sup>3)</sup>.

Sed divina hominis similitudo antiquitus a reliquis non minus, quam a bibliorum sacrorum et fragmentorum illorum Pythagoricorum scriptoribus celebrata est, neque unam omnes sententiam repeterunt tanquam uno ex fonte ductam, sed suo quisque modo et alibi aliter rem exposuerunt. Nunc enim de diis homini similibus loquuntur, ut Ovidius Metam. I. 83: „Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum (sc. hominem Prometheus),“ nunc ex consuetudine non minus antiqua de deo, ut Cicero de legg. I. 8: „Est igitur homini cum deo similitudo“; nunc similitudinem illam in corporis specie ponunt, ut Cicero de nat. deor. I. 18: „Hominis esse specie deos confitendum est“, nunc in mente, ratione, animo, ut idem de legg. I. 7: „Prima homini cum deo rationis societas“, Tusc. V. 13: „Humanus animus decerptus ex mente divina cum nullo alio, nisi cum deo, si hoc fas est dictu, comparari potest“; nunc satis habent, genus vel animum humanum divino similem vel cognatum praedicare, ut idem de divin. I. 49: „Cognitione divinorum animorum animus humanus commovetur“, Aratus phaen. 5. *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἔσμεν* (sc. Διός), nunc mentem humanam adeo deum vel particulam dei nuncupare audent, ut Menander apud Plutarchum quaest. Platon. I. p. 999. E: *ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός*<sup>4)</sup>, Ovidius Fast. VI. 5: „Est deus in nobis, agitante calescimus illo“, et ipse Cicero Rep. VI. 24: „Deum igitur te scito esse, siquidem deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit.“

Neque ex eo demum tempore, ex quo Alexandrina Veteris Testamenti interpretatio in lucem prodit, tales sententiae inter veteres scriptores emerunt<sup>5)</sup>, sed iam inde ab antiquissimis temporibus in Graecia pervulgatae fuerunt. Miror enim, Gruppium Platonis plane immemorem fuisse, qui cum cuncta in rerum natura ad supremi numinis similitudinem creata existimet<sup>6)</sup> et mundum, *κόσμον*, deorum aeternorum imaginem<sup>7)</sup> et quasi alterum esse deum doceat<sup>8)</sup>, tum hominem ceteris animantibus diviniorem praedicat (Tim. p. 69. C. Protag. p. 322. A. de legg. V. p. 726. A: *πάντων γὰρ τῶν αὐτοῦ κινήματων μετὰ θεοῦ ψυχὴ θειότατον*), et mentem eius ex ipsa mente supremi numinis decerptam

<sup>3)</sup> Gruppium I. c. p. 135 coll. p. 132.

<sup>4)</sup> Cf. Justin. de monarch. p. 109. ed. Colon. 1686, Menandri fragm. ed. Meineke p. 5.

<sup>5)</sup> Praeter II. cc. cf. Zeno Stoic. ap. Diog. Laert. VII. 119., Cleanth. hymn. in Jov. 4. Muson. Ruf. ap. Stob. flor. 117, 8., Demophil. sent. 38., Epictet. ap. Arrian. diss. I. 9. II. 8. Marc. Antonin. II. 1. V. 27. XII. 26., Oppian. Hal. V. 4., Cic. de Off. III. 10. 44. Tusc. I. 26. de fin. II. 13, 40., Horat. sat. II. 2, 79., Virg. Aen. VI. 728. Georg. IV. 221., Ovid. de art. am. III. 549., Senec. ep. 31. 92. de ot. sap. 32, 5., Juvenal. sat. XV. 146. al.

<sup>6)</sup> Tim. p. 29. E: *πάντα ὅτι μάλιστα γενέσθαι ἐβουλήθη παραπλήσια ἑαυτῷ* sc. ὁ πᾶν τόδε ξυνίστας.

<sup>7)</sup> Plat. Tim. p. 37. c: *ὡς δὲ κινήθην αὐτὸ καὶ ζῶν ἐγενόησε τῶν αἰδίων θεῶν γεγονός ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατήρ, ἡγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς ἔτι δὴ μᾶλλον ὁμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι*. Cf. Epinom. p. 984. A. Ruhnck. ad Tim. Soph. lex. Plat. s. v. ἄγαλμα p. 4.

<sup>8)</sup> Tim. p. 92. c: *θνητὰ γὰρ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβὼν καὶ ἐμπληρωθεὶς ὅδε ὁ κόσμος, οὕτω ζῶον ὁρατὸν τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ θεοῦ αἰσθητός*. Cf. Tim. p. 34. A: *διὰ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγενήσατο*, sc. τὸν οὐρανόν.



innumeris locis vel divinae naturae similem (Phaedon. p. 80. A: ἡ μὲν ψυχὴ τῷ θεῷ, τὸ δὲ σῶμα τῷ θνητῷ sc. ἔοικεν, ib. p. 95. C: ἰσχυρόν τι ἐστὶν ἡ ψυχὴ καὶ θεοειδές. Alcibiad. I. p. 133. C: τῷ θεῷ ἄρα τοῦτ' ἔοικεν αὐτῆς sc. τὸ τῆς ψυχῆς περὶ ὃ τὸ εἰδέναι τε καὶ φρονεῖν ἐστὶν) vel cognatam (Rep. X. p. 611. E: ξυγγενῆς οὖσα τῷ τε θεῷ καὶ ἀθανάτῳ καὶ τῷ ἀεὶ ὄντι, sc. ἡ ψυχῆ. Protag. p. 322. A: ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέσχε μοίρας, πρῶτον μὲν διὰ τὴν τοῦ θεοῦ ξυγγένειαν ζῶων μόνον θεοὺς ἐνόμισε) aut etiam daemonem et plantam coelestem dicit (Tim. p. 90. A: τὸ δὲ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῶν ψυχῆς εἶδους διανοεῖσθαι δεῖ τῆδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἐκάστηρ δέδωκε τοῦτο, ὃ δὴ φαμεν οἰκεῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' ἄκρω τῷ σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ ξυγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἶρειν ὡς ὄντας φυτόν οὐκ ἔγγειον, ἀλλ' οὐράνιον, ὁρθότατα λέγοντες), et animum esse immortalem inde colligit Phaedon p. 80. A. sqq.<sup>9)</sup>, quemadmodum etiam Xenocrates, ipsius discipulus, mentem daemonem dixit teste Aristotele top. II. 8. et Aristoteles de partib. animal. IV. 10: ὁρθόν, inquit, ὁρθόν μὲν γὰρ ἐστὶ μόνον τῶν ζῶων διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτοῦ καὶ τὴν οὐσίαν εἶναι θείαν, sc. ὁ ἄνθρωπος.

Sed, quod ipse Plato iam indicat Gorg. p. 507. E. (φασὶ δ' οἱ σοφοὶ κτλ. θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν), alius etiam doctrina illa repetenda est, siquidem et Socrati, Heraclito, Alcmaeoni, Empedocli, aliis, et ipsis veteribus Pythagoreis iam probata fuit. Socrates enim apud Xenophontem Memor. IV. 3, 14: ἀλλὰ μὲν, inquit, καὶ ἀνθρώπου γε ψυχῆ, ἣ ἔπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἀνθρωπίνων τοῦ θεοῦ μετέχει, ὅτι μὲν βασιλεύει ἐν ἡμῶν φανερόν, ὁρᾶται δὲ οὐδ' αὐτή<sup>10)</sup>. Heraclitus homines deos esse mortales docuit teste Heraclide alleg. Hom. 24: ἀνθρωποι θεοὶ θνητοί, θεοὶ τ' ἀνθρωποι ἀθάνατοι<sup>11)</sup>. Euripides, Anaxagorae discipulus, aequae ac Menander. I. c. mentem deum nuncupavit ex Ciceronis testimonio Tusc. I. 26: „Animus, ut ego dico, divinus est, ut Euripides audeat dicere, deus<sup>12)</sup>“. Alcmaeoni Aristoteles de an. I. 2. dicit placuisse, ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι διὰ τὸ εἰκέναι τοῖς ἀθάνατοις<sup>13)</sup>, Empedocli item Sextus Empiricus adv. math. IX. 127: ἡμῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναι τινα κοινωνίαν<sup>14)</sup>, et Pythagoreorum eandem fuisse doctrinam non solum Aurei Carminis<sup>15)</sup> et Sexti Empirici<sup>16)</sup> et Diogenis Laertii<sup>17)</sup> aliorumque scriptorum recentiorum<sup>18)</sup> fide et auctoritate nititur, qui iam fragmentis a discipulo Philonis Judaei compositis decepti videri possint, sed etiam, si non ex Platonis Phaedro conicere licet ad Pythagoreorum

<sup>9)</sup> Praeter ll. cc. cf. etiam Tim. p. 41. 69. C. 72. D. Resp. IX. p. 589. D. VI. p. 501. B. Politic. p. 271. C. 309. C. Phaedr. p. 246. sqq. legg. IX. 899. D. al.

<sup>10)</sup> Cf. Xenoph. Mem. I. 4, 8. Cyri instit. VIII. 7.

<sup>11)</sup> De Heraclito cf. etiam Aristot. de part. an. I. 5: ἐκέλευε γὰρ αὐτοὺς (ξένους) εἰσιέναι θαρσύνοντας (sc. ὁ Ἡράκλειτος) εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεοὺς. Brandis Gesch. d. gr. Philos. I. p. 172.

<sup>12)</sup> Cf. Schol. Pind. Nem. VI. 7. Eurip. fr. ed. Matth. p. 144.

<sup>13)</sup> Item Cic. de nat. deor. I. 11.

<sup>14)</sup> Cf. Empedocl. ap. Plut. de exsil. p. 607. Karsten Emped. rel. p. 84. 163. 508.

<sup>15)</sup> Aur. carm. 63: ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῶν γένος ἐστὶ βροτοῦσιν.

<sup>16)</sup> Sext. Emp. adv. math. IX. 127.

<sup>17)</sup> Diog. Laert. VIII. 27.

<sup>18)</sup> Plut. plac. phil. IV. 7. Stob. ecl. I. p. 790. Anon. vit. Pyth. 15. p. 114. ed. Kiessl. Demophil. sent. Pyth. 38. 45. Hieron. ad Ctes. cont. Pelag. p. 547. al.



doctrinam adumbrato<sup>19)</sup>, at certe Cicéronis testimoniis comprobatur, qui Pythagoram Pythagoreosque nunquam dubitasse refert, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus (Cat. mai. 21.), et Pythagoram censuisse dicit, animum esse per naturam rerum omnem intentum et comitantem, ex quo nostri animi carperentur (de nat. deor. I. 11). Nec repugnat Philolaus, qui, quamquam alias deum a ceteris omnibus rebus diversum, *ἄτερον τῶν ἄλλων*, esse indicat<sup>20)</sup>, tamen, ut et divini numinis cognitionem homini patere et simile simili percipi docuit<sup>21)</sup>, ita apud Stobaeum Ecl. I. p. 420: *ὁ δὲ ὁ κόσμος*, inquit, *ἐξ αἰῶνος καὶ ἐς αἰῶνα διαμένει, εἴς ὑπὸ ἐνὸς τῷ ξυγγενέω καὶ κρατίστῳ καὶ ἀννερατάτῳ κυβερνώμενος*, et ibid. p. 8: *μεγάλα γὰρ (ἢ δέκα) καὶ παντελής καὶ παντοεργός καὶ θεῖω καὶ οὐρανίω βίω καὶ ἀνθρώπινω ἀρχὰ καὶ ἀγεμῶν κοινονοῦσα κτλ.*<sup>22)</sup>. Quid? quod ex communi Graecorum sensu iam ipse Homerus non solum Jovem deorum hominumque patrem praedicat<sup>23)</sup>, sed etiam hominibus, quos celebrat, non minus *θεοείκελον* aliquid<sup>24)</sup>, quam diis humanos mores et humanam speciem tribuere solet<sup>25)</sup>.

De hominis igitur cum deo similitudine Graecis iam multis saeculis ante persuasum fuit, quam Alexandrina V. T. interpretatio in lucem emitteretur, et vix quidquam sententiis, quibus celebratur, frequentius est. Quare Diotogenis, Euryphami, Ecphanti ex eo genere sententiae nequaquam, ut Gruppio visum est, ex ipsa doctrinae suae ratione pro Judaicis habendae sunt.

Non magis vero ex verborum quibus vestitae sunt colore in suspicionem veniunt.

Immo Diotogenis verba apud Stob. Flor. 43, 130: *ἀπ' αὐτῷ ἔσμεν καὶ κεκοινωνήκαμεν τῷ θεῷ*, manifesto propius ad Platonis loquendi consuetudinem accedunt (cf. ll. cc. Gorg. p. 507. E. Protag. p. 322. A. et Plutarch. quaest. Platon. p. 1001. C: *ἡ δὲ ψυχὴ νοῦ μετασχοῦσα καὶ λογισμοῦ καὶ ἀρμονίας οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν*, sc. *κατὰ τὸν Πλάτωνα*), quam ad bibliorum sacrorum locum, quem Gruppianus contulit, *κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν* (Gen. 1, 27); et prior eiusdem sententiae pars, *ἀπ' αὐτῷ ἔσμεν*, non solum verba illa, quae Act. Apost. 17, 28. in Pauli apostoli oratione leguntur, *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἔσμεν*, in memoriam nobis revocat, sed etiam quum Pindari fragmentum X. 2:

*τὸ γὰρ ἐστὶ μόνον ἐκ θεῶν* (sc. *τὸ τῆς ψυχῆς ζῶον*),

tum Cleanthis sententiam hymn. in Jov. 4:

*ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἔσμεν ἡς μίμημα λαχόντες,*

et Arati verba Phaen. 5:

*τοῦ γὰρ καὶ γένος ἔσμεν* (sc. *Διός*),

<sup>19)</sup> Cf. Stallbaum ad Plat. Phaedr. p. 246. E. Boeckh Philol. p. 104.

<sup>20)</sup> Boeckh. Philol. p. 151. Cf. Jes. 40, 18. 25. 46, 5.

<sup>21)</sup> Boeckh. l. c. p. 191. coll. p. 148. 151.

<sup>22)</sup> Id. ibid. p. 8. 139. 141. 165.

<sup>23)</sup> Il. I, 544. al. Od. I, 28. al. Cf. Plutarch. quaest. Plat. p. 1001. C: *τί δήποτε (ὁ Πλάτων) τὸν ἀνωτάτω θεὸν πατέρα τῶν πάντων καὶ ποιητὴν προσεῖπεν; Ἡ τῶν μὲν θεῶν τῶν γεννητῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων πατὴρ ἐστίν, ὡς Ὀμηρὸς ἐπονομάζει, ποιητὴς δὲ τῶν ἀλόγων καὶ ἀψύχων;*

<sup>24)</sup> Hom. Il. 1, 131. 3, 16. al. Cf. Plat. de rep. VI. p. 501. B: *ὁ δὲ Ὀμηρὸς ἐκάλεσεν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐγγηγρόμενον θεοειδὲς τε καὶ θεοείκελον κτλ.*

<sup>25)</sup> Jacobs vermischte Schriften III. p. 93. Müller Proleg. z. Mythol. p. 256. sqq. Idem clamant deorum statuæ innumeraeque fabulae.



quorum ipse Paulus apostolus non obscure indicat rationem se habuisse; ait enim l. c. Athenienses alloquens: ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμεν, ὡς καὶ τινες τῶν καθ' ἡμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Ephantus autem Pythagoreus loco a Gruppio citato apud Stob. Flor. 48, 64. non humanam, sed regiam dignitatem cum divina comparat: ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν (sc. βασιλῆα) ἀρχετύπῳ χρώμενος ἐαντιῷ κατασκευάσμα δὴ ὧν ὁ βασιλεὺς ἐν καὶ μόνον καὶ ὡς τύπος τῷ ἀνωτέρῳ βασιλείῳ<sup>26)</sup>: itaque verba eius hic silentio praetermittere liceret, si non aliud exstaret fragmentum Eurysi nomine inscriptum, in quo iisdem laudibus humana dignitas in universum celebratur, a Clemente Alexandrino servatum Strom. V. 29. p. 662: ἄξιον ἡγοῦμαι καὶ τὴν Εὐρύσου τοῦ Πυθαγορείου παραδέσθαι φωνὴν οὕτως ἔχουσαν, ὅς ἐν τῷ Περὶ Τύχας<sup>27)</sup> τὸν δημιουργὸν φήσας αὐτῷ χρώμενον παραδείγματι ποιῆσαι τὸν ἀνθρώπον ἐπήγαγεν· Τὸ δὲ σκᾶνος<sup>28)</sup> τοῖς λοιποῖς ὅμοιον, οἷα γεγονὸς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας, ὑπὸ τεχνίτα δὲ ἐργασμένον λήσιτω, ὅς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἐάντιῳ. Sed neque hoc loco quidquam reperitur, quod a Graecorum consuetudine loquendi recedat. Immo locutio illa θεῷ χρώμενος παραδείγματι manifesto Platonica est. In Timaeo enim p. 28. A. δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταῦτά ἔχον βλέπων ἀεὶ τοιοῦτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι opponitur ἀντικειμένου γέννητῷ παραδείγματι προσχρωμένῳ, itemque in Rep. VI. p. 500. E. Socrates: οὐκ ἂν ποτε, inquit, ἄλλως εὐδαιμονήσειε πόλις, εἰ μὴ αὐτὴν διαγράφειαν οἱ τῷ θεῷ παραδείγματι χρώμενοι ζωγράφοι, et ibid. VII. p. 540. A. civitatis custodes monentur, εἰς αὐτὸ ἀποβλέψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κατακοσμεῖν.

Alteram autem quae suspecta videri possit loquendi formula, ἀρχετύπῳ χρώμενος ἐαντιῷ, non magis a Graecorum ante Philonem Judaeum loquendi consuetudine recedit. Nam ἀρχετύπος vocabulum, quamquam, inscio ut videtur Gruppio, a Dionysio Halicarnassensi veteribus rerum scriptoribus et oratoribus et poetis abiudicatum esse traditur (Hellad. Chrestom. p. 12. ed. Meurs: τὸ ἀρχετύπον φασιν οὐδενὶ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων οὐδὲ ἡγητόρων οὐδὲ τῶν Μούσαις κατόχων εἶρηται, ὡς Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεὺς ἱστορεῖ), tamen antiquius est, quam quod Philoni auctori vindicari possit, siquidem non solum ab ipso Dionysio Halicarnassensi (Antiqq. Rom. I. 69., de Isaeo 11., de Dinarch 7.), sed etiam a Cicerone et Varrone iam usurpatum in patriamque linguam receptum est. Cicero enim ad Att. XII. 5: „Mihi, inquit, etsi Calendae vitandae Nicasionumque ἀρχετύπα fugienda conficiendaeque tabulae, nihil tamen tanti, ut a te abessem, fuit;“ et ibid. XVI. 3. „Idem σύνταγμα nisi ad te retractatus et quidem ἀρχετύπον ipsum crebris locis inculcatum et reffectum.“ Varro item de R. R. III. 5: „Diceris longe vicisse archetypum inventoris nostri.“ Praeterea Dionysius apud Helladium l. c. non de philosophis, sed de rerum scriptoribus (historicis) et oratoribus et poetis loquitur; hi vero si vocabulum illud repudiarunt, non sequitur, etiam philosophos veteres eo plane abstinuisse, qui, ut ἀρχετύπος

<sup>26)</sup> Item idem ap. Stob. Flor. 47, 22.

<sup>27)</sup> Ex eodem Eurysi libro fragmentum exstat apud Stob. Ecl. I. p. 240.

<sup>28)</sup> De σκᾶνος voce Gruppio suspecta iam in indice lect. Lyc. Hos. 1852—53. p. 11. disputavimus.



vocem formarent, vocabulis similiter compositis satis commendatam<sup>29)</sup>, ipsius Platonis exemplo induci poterant, qui non modo τύπος voce (Cratyl. p. 432. E. Theaet. p. 192 A.), sed etiam ἀρχή τε καὶ τύπος locutione ad exemplar significandum usus est Rep. IV. p. 443. C: εὐθὺς ἀρχόμενοι τῆς πόλεως οἰκίζεῖν κατὰ θεόν τινα εἰς ἀρχὴν καὶ τύπον τινὰ τῆς δικαιοσύνης κινδυνεύομεν ἐμβεβηκέναι. Accedit, quod ipsum ἀρχέτυπος vocabulum etiam in Aristotelis libris exstare dicitur<sup>30)</sup>, quamquam locum reperire non potuimus.

Minus etiam Euryphami sententia a Gruppio citata: τὸ θῆϊον πολυτελέστατον ζῶον ἐς τὸν κόσμον ἐσῆρξισεν ἀντίμιμον μὲν τᾶς ἰδίας φήσεις, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος, ex singulis verbis et locutionibus in suspicionem vocari potest; de ἀντίμιμος enim voce cf. Aristoph. Thesm. 14. ibique Schol. et Alcidas apud Aristot. Rhet. III. 3; de ὀφθαλμοῦ vocis usu metaphoricō Pind. Ol. II. 18. ibiq. interpp. et Aeschyl. Pers. 925.

At alia hic quaestio oritur. Euryphamus enim l. c. non, ut Gruppio videtur, de hominis cum deo similitudine disputat, sed hominem τῆς θείας φύσεως ἀντίμιμον h. e. ad divini numinis imitationem, ad deum aemulandum, in hunc mundum constitutum esse docet; itemque Hippodamus Pythagoreus in fragmento a Gruppio inter dubia relato apud Stob. Flor. 103, 26: Ὁ μὲν ἐπόμενος τοῖς θεοῖς ἀγαθὸς εὐδαιμονεῖ ὁ δὲ ἐπόμενος τοῖς θνατοῖς κακοδαιμονεῖ κτλ. Hinc vero nova oriri difficultas videri possit; nam similis rursus bibliorum sacrōrum doctrina est Levit. 11, 44, 19, 2. Matth. 5, 58. al. Sed philosophos, qui hominem deo esse similem docuerunt, etiam de imitatione dei disputasse, non est, quod miremur; et vere, ut ait Cicero<sup>31)</sup>, vetus illud est praeceptum sapientium „sequi deum“, quod non solum Plato (Theaet. p. 176. A., de Legg. IV. p. 716. B. cf. Civ. VI. p. 500. C. VII. p. 540. A. X. p. 613. A., Phaedr. p. 248. sqq. Tim. p. 47. C. 68. E. 90. A.), alii<sup>32)</sup>, sed haud dubie etiam ipsi veteres Pythagorei iam probaverunt; nam quod a Stobaeo<sup>33)</sup> aliisque scriptoribus recentioribus<sup>34)</sup> Pythagorae tribuitur placitum ἔπον θεῶν, non solum in Platonis Phaedro stringitur ad Pythagoreorum doctrinam adumbrato<sup>35)</sup>, sed etiam tale est, ut ex alio placito, quod Theophrastus Pythagoreis iam vindicavit (Metaph. 9. p. 322, 14: Πλάτων δὲ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι μακρὰν τὴν ἀπόστασιν ἐπιμιμῆσθαι γε θέλειν ἅπαντα κτλ.), facile possit derivari (cf. Brandis l. c. I. p. 485. k.). De dei igitur imitatione non magis quam de divina hominis similitudine in Pythagoreorum fragmentis dubiis quidquam reperitur, quo Gruppium de scriptore eorum Judaeo Alexandrino inventum comprobetur.

<sup>29)</sup> Cf. ἀρχέτακος Hom. II. V. 63., ἀρχεδίκης Pind. Pyth. IV. 110. al.

<sup>30)</sup> Cf. Henric. Stephan. Thesaur. ling. Gr. s. v. ἀρχέτυπος.

<sup>31)</sup> Cic. de fin. III. 22: „Sunt vetera praecepta sapientium, qui iubent tempori parere et sequi deum et se noscere et nihil nimis.“

<sup>32)</sup> Cf. Muson. Ruf. ap. Stob. Flor. 117, 8., Epictet. ap. Arrian. diss. I. 2., Senec. de vit. beat. 15. ibiq. Lips., Cic. de Sen. 21. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 28.

<sup>33)</sup> Stob. Ecl. II. 7. p. 164: Σωκράτης, Πλάτων, ταῦτά τῶν Πυθαγόρα, τέλος ὁμοίωσιν θεοῦ· σαφέστερον δ' αὐτὸ διώρθωσε Πλάτων, προσθεῖς τὸ κατὰ δυνατόν κτλ. Πυθαγόραν δὲ ἐπ' αὐτὸ εἰπεῖν ἔπον θεῶν κτλ.

<sup>34)</sup> Jambl. V. P. 137. Aur. Carm. 70. ibiq. Hierocl., Demophil. sent. Pyth. 16. 38. al.

<sup>35)</sup> Phaedr. p. 248. A. θεῶν ἐπομένη (ψυχῆ). 248. C: ψυχῆ θεῶν ξυνοπαδός. 249. C: συμπορευθεῖσα θεῶν (ψυχῆ).



Reliquas vero fragmentorum de hominis dignitate sententias ad Judaicam eorum originem demonstrandam magis idoneas fore, vix sperandum est. Quid enim magni atque excelsi de hominis natura praedicari potest, quin ex vetere illo Pythagoreorum ac Platonis de divina hominis similitudine placito ac dei sequendi praecepto deduci possit?

4. At prosequenda sunt ipsa Gruppianae argumenta. Archytas igitur in fragmento *περὶ σοφίας* apud Jamblichum Protr. IV. p. 52., postquam de divino mentis et orationis et sensuum dono disputavit, hominem natum dicit ad contemplandam rationem naturae universi, et sapientiae esse inde colligit comparare sibi et contemplari intelligentiam in rerum natura conspicuam: *γέγονε καὶ συνέστα ὁ ἄνθρωπος ποικίλῳ θεωρεῖσθαι τὸν λόγον τῆς τῶ ὅλω φύσιος, καὶ τῆς σοφίας ὣν ἔργον κτᾶσθαι καὶ θεωρῆν τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν*<sup>1)</sup>. Qua quidem sententia alii fortasse Pythagoreo et Platonis amico naturae contemplandae admodum studioso, qualis Archytas fuit<sup>2)</sup>, vix quidquam convenientius existimabunt. Nam rationem naturae universi contemplari, quid est aliud, quam ordinem illum considerare, ex quo Pythagorei veteres universam rerum naturam *κόσμον* nuncuparunt<sup>3)</sup>? et intelligentiam in rerum natura conspicuam sibi comparare, quid est aliud, quam deum sequi, id quod ex ll. cc. tam Pythagorei veteres, quam Plato praeceperunt?

Sed Gruppianae eadem sententia, quod homini maiorem, quam pro Philolai reliquorumque veterum Pythagoreorum modestia, intelligentiam<sup>4)</sup>, et quidem, sublato eorum inter divinam et humanam intelligentiam discrimine<sup>5)</sup>, peculiarem id ipsum quod absolutum est<sup>6)</sup> cernendi facultatem tribuat<sup>7)</sup>, itaque prorsus ad Philonis Judaei doctrinam accedat, non aliunde quam ex ipsius Philonis doctrina derivanda videtur<sup>8)</sup>.

<sup>1)</sup> Addere Gruppianus poterat etiam Theagis fr. ap. Stob. Flor. 1, 68: *μαστεύεται τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν* (sc. ὁ νόος) *καὶ τοῦτ' ἔργον ἐντὶ αὐτῷ κατὰ φύσιν κτλ.*

<sup>2)</sup> Cf. de Pythagoreorum reliq. commentatio a nobis edita. Berol. 1850. p. 12. not. 52. sqq. et p. 26. not. 149.

<sup>3)</sup> Bentleii opusc. philol. p. 347. A. v. Humboldt Kosmos I. p. 76.

<sup>4)</sup> Grupp. l. c. p. 21. sq.: „Ein schönes Fragment des Philolaus giebt uns von der auch sonst bekannten Bescheidenheit der Pythagoreer Zeugnis etc. (cf. not. sq.). Wie sehr weicht nun von dieser altpythagoreischen Ansicht und Sinnesart die Sprache ab, welche in dem Fragmente bei Jamblichus (sc. in Archytas fr. l. c.) herrscht. Es heisst darin: *Γέγονε καὶ συνέστα κτλ.* Das ist doch wahrlich für jede Ansicht, sie sei auch, welche sie wolle, zu viel gesagt, und so kann sich wohl niemals ein Philosoph ausdrücken, am wenigsten ein Pythagoreer.“

<sup>5)</sup> Philol. ap. Stob. Ecl. I. p. 458. (Boeckh. p. 62.), Alcmaeo ap. Diog. Laert. VIII. 83. Cf. Grupp. p. 22. Sed Archytas non minor modestia fuit; cf. fragm. eius ap. Stob. Flor. 1, 73 (*διαφέρει δὲ θεὸς ἀνθρώπῳ κτλ.*), 1, 77. 81. 3, 76.

<sup>6)</sup> Dicit *τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν* et *τὸν λόγον τῆς τῶ ὅλω φύσιος*, quemadmodum Euclides Megaricus teste Diogene Laertio II. 106: *τὸ ἀγαθὸν πολλοῖς ἀπεφαίνεται ὀνόμασι καλούμενον ὅτε μὲν γὰρ φρόνησιν, ὅτε δὲ θεὸν καὶ ἄλλοτε νοῦν κτλ.*

<sup>7)</sup> Grupp. p. 142. „Diese Worte (des Archytas) nämlich setzen ein besonderes Vermögen für die Erkenntnis des Idealen und Absoluten voraus, mit welchem eben so unmittelbar angeschaut wird, wie mit dem sinnlichen Auge.“

<sup>8)</sup> Grupp. p. 142. coll. p. 22. 89. 141. Citat Gruppianus p. 141. locum paullo post proferendum Philon. Jud. de Mundo 5. p. 507: *οὗτος δὲ ἑξαιρέτων γέρας ἔλαχε κτλ.*



Ac sane, quin apud Philonem Judaeum, in veterum philosophorum scriptis bene volutatum, similia Archyteo illi placita reperiantur, non dubitamus, quamquam quod a Gruppio citatur: οὗτος δὲ ἔξαιρέτων γέρας ἔλαχε διάνοιαν, ἧ τὰς ἀπάντων φύσεις σωμάτων τε καὶ πραγμάτων εἶωθε καταλαμβάνειν, ei non tam simile est, quam ovum ovo. Neque enim Archytas, ut Philo, de omnium corporum et rerum naturis mente percipiendis loquitur, sed de rerum natura in universum contemplanda et de sapientia inde colligenda.

Sed quidquid similitudinis inter utrumque intercedit, nequaquam eiusmodi sententiae qualem Archytas l. c. proposuit ante Philonem Judaeum inter philosophos inauditae fuerunt; immo Cicero manifesto iam idem docuit Cat. mai. 21, ubi: „Credo, inquit, deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur quique coelestium ordinem contemplantes imitentur eum vitae modo atque constantia.“ Neque desunt, qui etiam verbis iam propius ad Archytae sententiam accesserint, quam Philo. Sic Posidonius Stoicus, tanquam si commune illud Stoicorum placitum: γεγονέναι ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπίτηδες τὸ λογικὸν ζῶον πρὸς θεωρίαν καὶ πράξιν<sup>9)</sup>, accuratius definire voluisset, teste Clemente Alexandrino Strom. II. p. 497. hominis esse docuit τὸ ζῆν θεωροῦντα τὴν τῶν ὄλων ἀλήθειαν καὶ τάξιν καὶ συγκατασκευάζοντα αὐτήν. Et Chrysippus Stoicus apud Ciceronem de nat. deor. II. 14: „Ipse autem homo, inquit, ortus est ad mundum contemplandum et imitandum.“<sup>10)</sup>

Accedit, quod tota Archytae de intelligentia humana sententia non aliunde, quam ex Socratis et Anaxagorae et reliquorum ante Platonem philosophorum doctrina apta est.

Nam divinam in rerum natura sapientiam, τὴν ἐν τῷ ὄντι φρόνησιν (Xenophon Mem. I. 4, 17), homini cognoscendam esse, Socrates iam docuit (Xenophon. l. c. I. 4, 4. sqq.); item aliis verbis et minus perspicue etiam Anaxagoras (Plat. Phaedon. p. 97. B. sqq.); in contemplanda vero et explicanda ratione naturae universi (τῷ λόγῳ τῆς τῷ ὄλῳ φύσεως) reliquorum omnium philosophorum versata est industria et ipsius Philolai modestia, qui, quamquam humanam a divina intelligentia probe seiunxit, tamen non solum de rerum natura, περὶ φύσεως, tres libros scripsit, ipso exordio iam statim totius universi explicationem pollicentes (nam φύσις δὲ, inquit, ἐν τῷ κόσμῳ ἀρμόζουσι ἕξ ἀπειρῶν τε καὶ περαινόντων καὶ ὄλος κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα<sup>11)</sup>), sed etiam, quam idoneam ad hoc studium hominis intelligentiam existimaverit, et eo indicat, quod harmonia rebus informata rerum naturam humanae naturae patefactam dicit (ap. Stob. Ecl. I. p. 458. Boeckh. p. 62—64), et eo, quod mentem contemplativam (νοῦν θεωρητικόν) naturae quadam cognatione teneri docuit (Sext. Emp. adv. Math. VII. 92. Boeckh. p. 191). Item ipse Pythagoras, quum ex eo quaereretur, quinam essent philosophi, teste Heraclide Pontico respondisse fertur, esse quosdam (in vitae mercatu), qui ceteris omnibus pro nihilo habitis rerum naturam studiose intuerentur, hos

<sup>9)</sup> Diog. Laert. VII. 130. Idem Peripateticis placuit; Cic. de Fin. II. 13, 40.

<sup>10)</sup> Epictetus, recentior Stoicus, ap. Arrian. diss. I. 6: Τὸν ἀνθρώπον θεατὴν εἰσήγαγεν (ὁ θεός) αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ καὶ οὐ μόνον θεατὴν, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητὴν αὐτῶν.

<sup>11)</sup> Diog. Laert. VIII. 85. Verum tamen Philolai exordium Boeckhio p. 47. apud Stob. Ecl. I. p. 454. latere videtur.



se appellare sapientiae studiosos, philosophos, et, ut illic (in mercatu) liberalissimum esset spectare nihil sibi acquirentem, sic in vita omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque praestare. Cic. Tusc. V. 3, 8. Sosicrat. ap. Diog. Laert. VIII. 8. Jambl. V. P. 58. De Anaxagora porro Aristoteles Eth. Eud. I. 5: τὸν μὲν οὖν Ἀναξαγόραν φασὶν ἀποκρίνασθαι πρὸς τινα διαποροῦντα τοιαῦτ' ἄττα καὶ διερωτῶντα, τίνος ἕνεκ' ἂν τις ἔλοιτο γενέσθαι μᾶλλον ἢ μὴ γενέσθαι, „τοῦ“, φάναι, „θεωρῆσαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν περὶ τὸν ὅλον κόσμον τάξιν.“ Et Clemens Alexandrinus de eodem, fortasse minus accurate, Strom. II. p. 497: Ἀναξαγόραν μὲν γὰρ τὸν Κλαζομένιον τὴν θεωρίαν φάναι τοῦ βίου τέλος εἶναι καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν λέγουσιν.<sup>12)</sup> Sed omnino ante Socratem omnes fere philosophi, quod librorum suorum περὶ φύσεως, περὶ παντός, περὶ ὅλου titulis iam indicant, in contemplatione et explicatione rerum naturae omne studium posuerunt et praeterea nullum aliud philosophiae genus coluerunt. Cf. Xenoph. Mem. I. 4, 11: οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως, ἢ περὶ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι, διελέγετο, sc. ὁ Σωκράτης. Galen. in Hippocr. de elem. I. 9: τὰ τῶν παλαιῶν ἅπαντα περὶ φύσεως ἐπιγέγραπται. Et Pythagoreos inter illos rerum naturae perscrutatores nequaquam modestiae laude floruisse, quum aliunde<sup>13)</sup>, tum Aristotelis constat testimoniis Metaph. I. 8: διαλέγονται μέντοι καὶ πραγματεύονται περὶ φύσεως πάντα (sc. οἱ Πυθαγόρειοι) γεννώσι τε γὰρ τὸν οὐρανόν, καὶ περὶ τὰ τοῦτον μέρη καὶ τὰ πάθη καὶ τὰ ἔργα διατηροῦσι τὸ συμβαῖνον, καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ αἷτια εἰς ταῦτα καταναλίσκουσιν, ὡς ὁμολογοῦντες τοῖς ἄλλοις φυσιολόγοις, ὅτι τό γε ὄν τοῦτ' ἐστὶν ὅσον αἰσθητόν ἐστι καὶ περιείληφεν ὁ καλούμενος οὐρανός· τὰς δ' αἰτίας καὶ τὰς ἀρχὰς, ὡς περὶ εἴπομεν, ἰκανὰς λέγουσιν ἐπαναβῆναι καὶ ἐπὶ τὰ ἀνωτέρω τῶν ὄντων, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς περὶ φύσεως λόγοις ἀρμοτιούσας. De Coelo II. 13: ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ μέσου πῦρ εἶναι φασὶ (sc. οἱ Πυθαγόρειοι), τὴν δὲ γῆν ἐν τῶν ἀστρῶν οὐσαν κύκλῳ φερομένην περὶ τὸ μέσον νύκτα τε καὶ ἡμέραν ποιεῖν· ἔτι δ' ἑναντίαν ἄλλην ταύτη κατασκευάζουσι γῆν, ἣν ἀντίχθονα ὄνομα καλοῦσιν, οὐ πρὸς τὰ φαινόμενα τοὺς λόγους καὶ τὰς αἰτίας ζητοῦντες, ἀλλὰ πρὸς τινὰς λόγους καὶ δόξας αὐτῶν τὰ φαινόμενα προσέλκοντες καὶ πειρώμενοι συγκοσμεῖν<sup>14)</sup>.

Post Socratem vero quamquam etiam de moribus quaeri coeptum est, naturae tamen contemplatio a philosophis non submota, sed, quum a Socrate neglecta esset, a Platone revocata est, qui, quidquid Gruppio de mentis humanae imbecillitate statuisset videtur<sup>15)</sup>, non solum ipse subtilissime Pythagoreorum modo de rerum origine et natura quaesivit (totus Timaeus documento est), sed etiam hoc philosophiae genus omnium praestantissimum et maxime necessarium esse dicit Tim. p. 46. D. sq.: τὸν δὲ

<sup>12)</sup> Cf. Brandis l. c. I. p. 267. Aristot. Eth. Eud. I. 4. p. 1215, 6. Novit sententiam illam inter alios etiam Philo Judaeus de Incompact. Mundi p. 488.

<sup>13)</sup> Pythagoras de studio suo rerum arcana perscrutandi ab antiquissimis scriptoribus modo acerrime vituperatur (cf. Xenophan. ap. Diog. Laert. VIII. 36. Heraclit. ib. IX. 1. VIII. 6. Socrat. ap. Plut. de Gen. Socr. 9. p. 312. Timon ap. Plut. vit. Num. 8. cf. Lobeck. Aglaoph. p. 893.), modo summis laudibus cumulatur (Empedocl. ap. Jambl. V. P. 67. Porphy. V. P. 20. Diog. Laert. VIII. 54).

<sup>14)</sup> Non sine ironia h. l. συγκοσμεῖν πειρώμενοι dicuntur Pythagorei tanquam ipsius dei in creanda rerum natura adiutores, quo sensu Pythagoras Panthoides in Horatii carmine I. 28, 14 „non sordidus auctor naturae“ vocatur. Cf. not. 13.

<sup>15)</sup> Grupp. l. c. p. 89.



νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐρασιγὴν ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν κτλ. νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νύξ διφθεῖσαι μῆρες τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηγάνηται μὲν ἀριθμὸν, χρόνου δὲ ἔννοιαν περὶ τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν, ἔξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μείζον ἀγαθὸν οὐκ ἤλθεν οὐδ' ἤξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. Et pariter atque Archytas, non solum totius universi contemplationem eo comprehendit de Rep. VI. p. 486. A: ἐναντιώτατον γάρ που μικρολογία ψυχῇ μελλέσῃ τοῦ ὅλου καὶ παντὸς αἰεὶ ἐπορέξεσθαι θεῖον τε καὶ ἀνθρωπίνου κτλ. ᾧ οὖν ὑπάρχει διανοίας μεγαλοπρέπεια καὶ θεωρία παντὸς μὲν χρόνου, πάσης δὲ οὐσίας, οἷόν τε οἶε τούτῳ μέγα τι δοκεῖν εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον; sed etiam sapientiam in rerum natura conspicuam homini imitandam esse indicat Tim. p. 47. B: ἀλλὰ τῆτο λεγέσθω παρ' ἡμῶν, αὐτῇ ἐπὶ ταύτῃ αἰτία θεὸν ἡμῶν ἀνευρεῖν δωρησασθαι τε ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ τοῦ νοῦ κατιδόντες περιόδους χρῆσαιμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς παρ' ἡμῶν διανοήσεως, ξυγγενεῖς ἐκείναις οὐσας, ἀταράκτοις τεταραγμένας, ἐκμαθόντες δὲ καὶ λογισμῶν κατὰ φύσιν ὁρθότητος μετασχόντες, μιμούμενοι τὰς τοῦ θεοῦ πάντως ἀπλανεῖς οὐσας τὰς ἐν ἡμῶν πεπλανημένας καταστησάμεθα. Cf. Tim. p. 90. B. sqq. Si vero Plato in eo polissimum dei imitationem posuit, ut ordinem, quem quum in universa rerum natura, tum in siderum motu admiramur, vitae modo exprimamus: quidni item etiam Archytas, Platonis amicus, et reliqui extremorum Pythagoreorum<sup>1)</sup>, quibuscum Plato versatus est?

5. At vero a Scylla incidimus in Charybdim. Archytas enim in eodem fragmento περὶ σοφίας ap. Jambl. Protr. IV., postquam sapientiam cum visu et sole comparavit (τοσοῦτον διαφέρει σοφία ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρωπίνοις, ὅσον ὄψις μὲν αἰσθησίων σώματος, νόος δὲ ψυχᾶς, ἄλιος δὲ ἄστρων) et quidquid existat, ea comprehendere docuit, sicut visu res visibiles (οὕτω γὰρ ἔχει σοφία περὶ πάντα τὰ ζῶντα, ὡς ὄψις περὶ πάντα τὰ ὄρατά), p. 58. adeo de specula philosophiae studio assequenda loquitur, unde vir sapiens ipsum deum conspiciere possit: ὅστις ὧν ἀναλῦσαι οἷός τ' ἐντὶ πάντα τὰ γένηα ὑπὸ μίαν τε καὶ τὰν αὐτὰν ἀρχὴν καὶ πάλιν συνθεῖναι τε καὶ συναριθμησασθαι, οὗτος δοκεῖ μοι καὶ σοφώτατος ἦμεν καὶ παναλαθέστατος, ἔτι δὲ καλὰν σκοπιὰν εὐρηκέναι, ἀφ' ἧς δυνατὸς ἐσσεῖται τὸν θεὸν κατοψεῖσθαι καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ συστοιχείᾳ καὶ τάξει τὰ ἐκείνω κατακεχωρισμένα καὶ ταύτην τὴν ἀρματήλατον ὁδὸν ἐκπορισάμενος τῷ νόῳ κατ' εὐθεῖαν ὁρμαθῆμεν καὶ τελεοδοροῦσθαι τὰς ἀρχὰς τοῖς πέρασιν συνάψαντα καὶ ἐπιγνόντα<sup>1)</sup>, ὅτι ὁ θεὸς ἀρχὴ τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐντὶ πάντων τῶν κατὰ δίκαν τε καὶ τὸν ὁρθὸν λόγον περαινομένων<sup>2)</sup>, Item Onatas apud Stob. Ecl. I. p. 92: deum a sensibus quidem remotum esse

<sup>1)</sup> Cf. Stob. Ecl. II. p. 64. Σωκράτης, Πλάτων ταῦτά τῃ Πυθαγόρᾳ, τέλος ὁμοίωσιν θεοῦ· σαφέστερον δ' αὐτὸ διώρθωσε Πλάτων, προσθεῖς τὸ κατὰ δυνατόν κτλ. Πυθαγόραν δ' ἐπ' αὐτὸ εἰπεῖν· ἔπον θεῷ· δῆλον ὡς οὐχ ὄρατῷ καὶ προηγουμένῳ, νοητῷ δε καὶ τῇ κοσμικῇ εὐταξίᾳ ἀρμονικῷ (l. καὶ τῆς κοσμικῆς εὐταξίας ἀρμονικῷ. Wyttensbach. ad Plut. de S. N. V. p. 28.)

<sup>1)</sup> De verborum collocatione cf. Hartenstein, Archytae fragm. philos. p. 32. not. m.

<sup>2)</sup> De postremis hisce verbis cf. Ind. lect. Lyc. Hos. 1852—53. not. 18. et not. 27.



docet, sed mente eum cerni posse affirmat: 'Ο μὲν θεὸς τὰ τῶν ἄλλων ζώων ἐπαίει οὔτε δρατὸς ὢν οὔτε ἐπαΐσιος, εἰ μὴ τισι πάγχυ δλίγοις τῶν ἀνθρώπων· αὐτὸς μὲν γὰρ θεὸς ἐντι νόος καὶ ψυχὰ καὶ τὸ ἀγεμονικὸν τῷ σύμπαντος κόσμῳ· ταὶ δὲ δυνάμεις αὐτῷ αἰσθηταί (Cant. ἀλήθεια) τὰ τ' ἔργα, ὧν οἶμαι νομεύς, καὶ πράξεις καὶ ταὶ κατὰ τὸν σύμπαντα κόσμον ἐπιστροφάσεις· ὁ μὲν ὢν θεὸς αὐτὸς οὔτε δρατὸς οὔτε αἰσθητὸς, ἀλλὰ λόγῳ μόνον καὶ νόῳ θεωρατός· τὰ δ' ἔργα αὐτῷ καὶ πράξεις ἐναργέες τε καὶ μὴ αἰσθηταί ἐντι πάντεσσιν ἀνθρώποις. Critoni porro apud Stob. Ecl. II. p. 350 homo ad deum conspiciendum erectus et excelsus constitutus esse videtur: καὶ διὰ τοῦτο ἀναθρόσκοντα<sup>3)</sup> αὐτὸν ἐποίησεν εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ αὐτὸν νοατικόν<sup>4)</sup>, καὶ ὄψιν αὐτῷ ἐνέφυσε τοιαύταν, τὸν προσαγορευόμενον νόον, ᾧ τὸν θεὸν ὄψηται· οὔτε γὰρ ἄνευ θεῶ τὸ ἄριστον καὶ τὸ κάλλιστον ἦν εὔρεῖν, οὐδ' ἄνευ νόῳ ἰδεῖν τὸν θεόν. Et praeterea etiam Timaeus Locrus p. 104. B., Theages ap. Stob. Flor. 1, 68, Euryphamus ib. 103, 27. homini ipsius dei cernendi vel contemplandi facultatem tribuunt.

Gruppius autem eiusmodi fragmentorum locis, quum aliorum philosophorum recentiorum, qui totos se in contemplatione divina abdiderunt<sup>5)</sup>, tum Philonis Judaei doctrinam in memoriam sibi revocari dicit, et Onatae quidem fragmento simillima Philonis Judaei verba, quae leguntur in sermone, quem scripsit in Gen. 4., ab Auchero ex Armeniaca lingua sic Latine reddita: „Quod autem dicit: elevavit oculos, non corporis inquit; a sensibus enim deus videri non potest, sed ab anima<sup>6)</sup>. Praeterea etiam σκοπιὰ et ἀρματήλαιος ὁδὸς et γνώσις et τὰ ἔργα αὐτοῦ et δυνάμεις αὐτῷ καὶ ἀλήθεια locutionibus et vocabulis, quae in illis Archytae et Onatae fragmentis reperiuntur, offenditur<sup>7)</sup>; item sapientiae et mentis cum visu et sole comparatione Archytea, quam e Philonis Judaei locis de Special. Legg. p. 332 (δοκεῖ γὰρ μοι μηδὲν οὕτως ὁ θεὸς ἐμφανὲς ἀφάνους ἐργάσασθαι μίμημα, ὡς ὄψιν λογισμοῦ), Serm. p. 18. ed. Aucher. („quoniam sicut se habet oculus in corpore, ita mens et sapientia in anima“), de Mundo 5. p. 607, 2. (καθάπερ γὰρ ἐν μὲν τῷ σώματι τὸ ἡγεμονικώτατον ὄψις ἐστίν, ἐν δὲ τῷ παντὶ ἢ τοῦ φωτὸς φύσις, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν ἐν ἡμῖν τὸ κρατιστεῦον ὁ νοῦς· ψυχῆς γὰρ ὄψις οὗτος ταῖς οἰκείαις περιλαμπόμενος ἀνγαῖς, δι' ὧν ὁ πολλὸς καὶ βαθὺς ζόφος, ὃν κατέχευεν ἄγνοια, τῶν πραγμάτων ἀνασκίδνεται) manasse putat<sup>8)</sup>; et Critonis fragmentum etiam ideo in suspicione habuisse videtur, quod in eo de recto hominis incessu, tanquam cognitionis consequendae signo, sermo est<sup>9)</sup>, quamquam simillimum Philonis Judaei locum de Mundo p. 605, 33 (ἐξαιρέτου δὲ τῆς κατασκευῆς ἔλαχεν ἀνθρώπος· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων τὰς ὄψεις περιήγαγε κάτω κύψας (ὁ θεός), διὸ νένευκε πρὸς χέρσον· ἀνθρώπου δὲ ἔμπαλιν ἀνώρθωσεν, ἵνα τὸν οὐρανὸν καταθεῖται) cum eo non comparavit.

Sed caveamus, ne somnia nobis fingamus.

<sup>3)</sup> De hoc vocabulo praeter Orell. Opusc. Gr. sent. II. p. 705. cf. Hom. II. 13, 140.

<sup>4)</sup> Jacobs in Epist. crit. ad Heeren. pro καὶ αὐτὸν νοατικόν substituit καὶ τὰ ἄνω δρατικόν.

<sup>5)</sup> Ritter Gesch. d. Philos. IV. p. 456.

<sup>6)</sup> Grupp. I. c. p. 140. 142. 91. 136.

<sup>7)</sup> Id. ibid. p. 91. 89. 134. 136.

<sup>8)</sup> Id. ibid. p. 140. sq. Conferre etiam poterat Phil. Jud. de M. Opif. I. p. 12, 2., de Sacrif. II. p. 255.

<sup>9)</sup> Grupp. I. c. p. 141.



Principio enim Pythagorei nostri non ex Platoniorum recentiorum consuetudine de contemplatione dei divinitus subito excitata loquuntur, sed omnes ad deum contemplandum aut coeli naturaeque consideratione aut sapientiae studio opus esse censent: et ea via hominem ad dei contemplationem posse pervenire, quid obstat, quominus revera veteres philosophi ante Philonem Judaeum iam statuerint? Cernendi quidem et contemplandi facultatem menti, si non omnes philosophi, at certe Empedocles et Plato iam tribuerunt, qui, ut omnino duo rerum genera distinxerunt, alterum sensibus subiectum, *αἰσθητόν*, alterum mente percipiendum, *νοητόν*, ita de altero rerum genere non raro *νόῳ θεωρεῖν* et *νόῳ θεῶσθαι* et *νόῳ δέχεσθαι* dicendi formulis et similibus usi sunt, ut Empedocles apud Plutarch. Amat. p. 756. de divina mundi harmonia:

*τὴν σὺ νόῳ δέχου, μήδ' ὀμμασιν ἴσο τεθηπῶς*<sup>10)</sup>.

Plato Phaedr. p. 247. C: *καὶ ἀναφῆς οὐσία ὄντως οὐσα ψυχῆς κυβερνήτη μόνῳ θεατῇ νόῳ*. De Rep. VII. p. 529. B. *κινδυνεύεις γὰρ ἡγεῖσθαι ἂν αὐτὸν νοήσῃ, ἀλλ' οὐκ ὀμμασι θεωρεῖν*. Neque aliud quidquam metaphoris illis significant, quam *νόῳ* sive *διανοίᾳ λαμβάνειν*, mente sive cogitatione percipere (cf. Plat. de Rep. VII. p. 529. D.). Philosophis autem, qui mentem divinitus derivarunt et simile simili percipiendum censuerunt<sup>11)</sup>, et summum vitae humanae finem in dei imitatione posuerunt (cf. §. 3.), deum simul talem esse visum, qui percipi a nobis aliquo modo posset, non est, quod miremur. Quis enim sequi et imitari potest deum nullo modo percipiendum?

Sed idem, quod coniectura iam assequi possumus Pythagoreis et Platoni placuisse, etiam locis, quibus aperte de contemplatione dei sermo est, confirmatur. De Pythagora enim, ut Aureum Carmen, quamquam Gruppio satis antiquum visum est<sup>12)</sup>, mittamus<sup>13)</sup>, Ovidius Metam. XV. 62, Empedoclem secutus<sup>14)</sup>:

— Isque licet coeli regione remotos

Mente deos adiit et, quae natura negabat

Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Et Plato, quamquam deum invenire difficile esse dicit<sup>15)</sup> et passim affirmat, non posse sapientem nisi post mortem ad plenam summi boni, h. e. numinis divini<sup>16)</sup>, contemplationem pervenire<sup>17)</sup>, non

<sup>10)</sup> Cf. Karsten Empedocl. reliq. vs. 108. coll. p. 308. sqq.

<sup>11)</sup> Cf. Philol. ap. Sext. Emp. adv. Math. VII. 92 (Boeckh. p. 191). Plat. Tim. p. 47, D. coll. Aristot. de An. 1. 2. Empedocl. ap. Aristot. Met. II. 4. Democrit. ap. Sext. Emp. l. c. VII. 116. Archyt. ap. Jambl. in Villosion. Anecd. T. II. p. 199.

<sup>12)</sup> Grupp. p. 34. Cf. Brandis l. c. I. p. 377. not. I.

<sup>13)</sup> Aur. Carm. 49. sqq. — *τούτων δὲ κρατήσας  
γνώση ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων  
σύστασιν, ἧ̃ τε ἕκαστα διέρχεται, ἧ̃ τε κρατεῖται  
γνώση δ', ἧ̃ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,  
ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.*

<sup>14)</sup> Karsten Empedocl. reliq. l. c.

<sup>15)</sup> Plat. Tim. p. 28. C. Sophist. p. 254. A. Cf. de Legg. VII. p. 821. A.

<sup>16)</sup> Boni idea in mente divina insidens diversa quidem est ab ipso deo universam rerum naturam ad eam fingente et componente; sed „universam divini numinis naturam ita continet et prope exhaustit, ut, quidquid ipsa per se est, boni idea exprimatur.“ Trendelenburg de Platonis Philebi consilio p. 17 not. 42. Cf. Brandis l. c. II. 1 p. 323. sqq.

<sup>17)</sup> Platon. Phaedon. p. 66. E. 82. C. Phaedr. p. 249. A. Cf. 246. C. V. Heusde Philos. Plat. init. II. 1. p. 49.



raro tamen, id quod ab Aristocle iam animadversum est, quo teste docuit, pervideri a nobis humana non posse, nisi divina prius perspecta haberemus<sup>18</sup>), etiam de tali contemplatione dei disputat, ad quam in hac vita iam procedere valeamus et sapientem procedere etiam oporteat. In Republica enim VII. p. 517. B. boni ideam longe praestantissimam non sine multo quidem labore conspici, sed semel conspectam omnis bonitatis ac pulcritudinis fontem ac principium videri dicit: τὰ δ' οὖν ἕμοι φαινόμενα οὕτω φαίνεται, ἐν τῇ γνωστῇ τελευταία ἢ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις δρᾶσθαι, ὁφθαλμοῖς δὲ συλλογιστέα εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὐτῇ δρᾶσθαι τε καὶ καλῶν αἰτία, ἐν τε δρᾶσθαι φῶς καὶ τὸν τοῦτον κύριον τεκοῦσα, ἐν τε νοητῇ αὐτῇ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξαι ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ. Nec solum monet civitatis custodes, ceteris institutionis gradibus absolutis, ἀνακλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς ἀγῆν εἰς αὐτὸ ἀποβλέψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτό, παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κατακοσμεῖν τὸν ἐπιλοιπον βίον (de Rep. VII. p. 540. A.), sed etiam eos, qui divinos radios ferre nequeant, reprehendit Sophist. p. 254. A: ὁ δὲ γε φιλόσοφος, τῇ τοῦ ὄντος ἀεὶ διὰ λογισμῶν προσκείμενος ἰδέα, διὰ τὸ λαμπρὸν αὐτῆς χώρας οὐδαμῶς εὐπειθῆς ὁφθαλμοῖς τὰ γὰρ τῆς τῶν πολλῶν ψυχῆς ὄμματα καρτερεῖν πρὸς τὸ θεῖον ἀφορῶντα ἀδύνατα. Item Plato etiam aliis locis de summi boni sive dei contemplatione loquitur (de Rep. VII. p. 519. C. D. 532. A. C. Phaedr. p. 249. C. Symp. p. 211. E. coll. de Rep. VI. 506. VII. 518. de Legg. 897. D. Brandis l. c. II. 1. p. 281. sqq. 342. sqq.). Et, si non Megarici et Eretriaci, qui omne bonum in mente posuerunt et mentis acie, qua verum cerneretur<sup>19</sup>), et bonum ipsum modo deum, modo mentem, modo intelligentiam nominarunt<sup>20</sup>), at certe Cicero et Varro exemplum eius imitati sunt<sup>21</sup>). Neque defuerunt, qui ipsam *θεωρεῖν* vocem, qua Plato ceterique omnes philosophi innumeris locis utuntur, idem esse censerent, quod *δρᾶν τὰ θεῖα* (Alexand. Aphrod. ad Anal. pr. fol. 2. B. Trendelenburg Elem. log. Aristot. annot. §. 16.).

Revera igitur ante Philonem Judaeum iam fuerunt, qui divini exemplaris cernendi et contemplandi facultatem homini tribuerent, et, quod maximi momenti est, ad Platonis doctrinam Archytas ceterique Pythagorei, qui de dei contemplatione loquuntur, multo propius accedunt, quam ad Philonianam. Philo enim, ut ceteri Platonici recentiores, nullo alio adiumento, nisi divino quodam mentis instinctu opus esse censet, quo ad deum contemplandum in coelestes regiones evolemus<sup>22</sup>); Crito autem et Timaeus Locrus sapientiae studio et mentis exercitatione, Onatas operum divinorum consideratione, et Archytas l. c. expresse dicit, eum demum speculam opportunam nacturum, unde deum et divinum rerum naturae ordinem contemplari possit, qui omnia rerum genera sub unum idemque principium dissolvere iterumque componere et ad numerorum rationem construere didicerit.

<sup>18</sup>) Aristocles ap. Euseb. Pr. ev. XI. 3: ἡξίου γὰρ (ὁ Πλάτων) μὴ δύνασθαι τὰ ἀνθρώπινα κατεθεῖν ἡμᾶς, εἰ μὴ τὰ θεῖα πρότερον ὁφθαλμοῖς. Eandem sententiam Aristoxenus Indorum philosophis tribuit eodem teste Aristocle. Cf. Mahne de Aristoxeno p. 87.

<sup>19</sup>) Cic. Acad. II. 42.

<sup>20</sup>) Diog. Laert. II. 106. Deycks de Megaricorum doctr. p. 26. 87.

<sup>21</sup>) Cic. Tusc. I. 20. Varro ap. Augustin. de Civ. Dei VII. 5.

<sup>22</sup>) Ritter Gesch. d. Philos. IV. p. 456.



Neque specula illa (*σκοπιά*) nec via illa curribus frequentata (*ἀρματήλατος ὁδός*), quae in Archytae fragmento commemorantur, neque *γνώσις* vox, quae in variis fragmentis reperitur, ex Judaica sive Philoniana consuetudine loquendi ductae sunt, quae Gruppium fuisse sententia videtur<sup>23</sup>). Nam *γνώσις* vox, ut Philolaum (cf. Stob. Ecl. I. p. 458. Bk. p. 62), alios mittamus, eadem potestate etiam a Platone usurpatur de Rep. V. p. 477. A. sqq. Crat. p. 440. A. al.); idemque etiam speculam, unde mente prospiciamus, iam novit (de Rep. IV. p. 445. C: *ὅσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς μοι φαίνεται, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν τοῦ λόγου, ἐν μὲν εἶναι εἶδος τῆς ἀρετῆς*). Et via illa *ἀρματήλατος*, nisi quis *ἀναμάρτητος ὁδός* legere malit, non dubito, quin aut ex Platonis Phaedro p. 246. sqq., ubi ad rerum naturam contemplandam dii animaeque omnes curribus vehuntur, aut ex Parmenidis carmine ducta sit, in cuius exordio philosophus curru se sublime in viam celebrem ad sapientiae domum elatum esse finxit<sup>24</sup>); *ἀρματήλατος* autem vox ne in suspicionem vocetur, vetant Euripidis verba Hercul. fur. 1268:

— καὶ τὸν ἀρματήλατον

<sup>2</sup> Ἰξίον' ἐν δεσμοῦσιν ἐκμιμήσομαι.

Neque magis reliquae Gruppium de Archytae fragmento suspensiones veritate fundatae sunt. Nam sapientiae et mentis illam cum visu et sole comparationem non, ut Gruppium videtur<sup>25</sup>), ex Philonis Judaei scriptis esse derivandam, partim inde iam sequitur, quod ex locis supra citatis menti antiquitus iam omnium, quae oculorum obtutum effugiunt, et ipsius dei cernendi facultas tributa est. Accedit, quod Aristoteles iam iisdem fere verbis, quibus Philo et Archytas II. cc., mentem cum visu comparat Top. I. 17: *ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, νοῦς ἐν ψυχῇ*<sup>26</sup>), et Plato non solum eadem comparatione utitur (de Legg. XII. p. 961. D.), sed etiam directe mentem animi oculum, *ψυχῆς ὄμμα*, animique visum, *ψυχῆς ὄψιν*, dicit (de Rep. VII. p. 519. B. 533. D. coll. p. 527. E. Sophist. p. 254. A. Legg. XII. p. 961.), Epicharmus autem eo processit, ut praeter mentem omnia coeca esse diceret, teste Theodoretio de Fid. I. p. 15. ed. Sylb.:

*νοῦς ὄρῃ καὶ νοῦς ἀκούει, τᾶλλα κωφὰ καὶ τυφλά.*<sup>27</sup>)

<sup>23</sup>) Grupp. p. 91: „Das Wort *σκοπιά* scheint mit gewisser Beziehung auf die pythagoreische *Διὸς φυλακή* gerichtet zu sein, hier aber ist es vielmehr der Punkt, von welchem der Philosoph die Gottheit schaut. Im übrigen scheint mir diese Metapher, so wie auch der Ausdruck *ἀρματήλατος ὁδός* auf orientalischen Ursprung hinzudeuten.“ p. 89: „In der That kann nur eine Zeit, welche überspannte Begriffe von geheimer Erkenntnis hat, sich so äussern, wie es in den Fragmenten geschieht — und nun begegnet in diesen zum öfteren das Wort *γνώσις*.“ Cf. Archyt. ap. Stob. Ecl. I. p. 722: *ἀρχὰ τᾶς τῶν ζόντων γνώσις τὰ αὐτόθεν φαινόμενα.*

<sup>24</sup>) Karsten Parmenid. reliqq. p. 51.

<sup>25</sup>) Grupp. p. 140—142.

<sup>26</sup>) Integer Aristotelis locus: *ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, νοῦς ἐν ψυχῇ, καὶ ὡς γαλήνη ἐν θαλάττῃ, νηνεμία ἐν ἀέρι*, non solum ad Archytae fragmentum *περὶ σοφίας*, sed etiam ad ea, quae Archytas ipso Aristotele teste Met. VII. 2. in definitionibus suis proposuerat: *τί ἐστι νηνεμία; ἡρεμία ἐν πλήθει ἀέρος κτλ. τί ἐστι γαλήνη; ὁμαλότης θαλάττης*, proxime accedit. Unde nescio an colligendum sit, Aristotelem omnes illas comparationes, l. c. ex Archytae libro sumsisse.

<sup>27</sup>) Omnino veteres philosophi mentem (*νοῦν*) summis laudibus extulerunt; cf. Plat. Phileb. p. 28. C: *πάντες συμφωνοῦσιν οἱ σοφοί, εαυτοὺς οὕτω σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν ὄφρανοῦ καὶ γῆς καὶ ἕως ἐξέλεγουσιν.* coll. Tim. p. 90. A. Alcib. I. 130. D. 133. C. Phaedr. p. 247. C. Legg. XII. 963. Eretriaci ap. Cic. Ac. II. 42. Archytas ap. Cic. de Sen. 12. (coll. Aristox. ap. Athen. XII. 64. Plut. V. Cat. mai. 2.).



Quam sententiam Aristoteles iam novit<sup>28)</sup> et Jamblichus, Epicharmo illo inter Pythagorae auditores relato<sup>29)</sup>, ipsis Pythagoreis vindicat<sup>30)</sup>. *βιβλιοθήκη Ἐρευν*

Item Plato mentem etiam cum sole et lumine comparat, quum alias, tum in septimo Reipublicae libro, Philoni probe noto, ut p. 517 C: *πάσι πάντων αὐτή* (sc. ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα) *ὄρθων τε καὶ καλῶν αἰτία, ἔν τε ὄρατῶ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον* (sc. ἡλίον) *τεκοῦσα, ἔν τε νοητῶ αὐτῇ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη<sup>31)</sup>*. p. 532. C. *πάσα αὐτῇ ἡ πραγματεία τῶν τεχνῶν ἄς διέλθομεν ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγωγὴν τοῦ βελτίστου ἐν ψυχῇ* (sc. τοῦ νοῦ) *πρὸς τὴν τοῦ ἀρίστου ἐν τοῖς οὔσι θεάν, ὡσπερ τότε τοῦ σαφεστάτου ἐν σώματι* (sc. τοῦ ὀφθαλμοῦ) *πρὸς τὴν τοῦ φανοτάτου ἐν τῷ σωματιοειδεῖ τε καὶ ὄρατῶ τόπων* (sc. τοῦ ἡλίου). Cf. p. 540. A., ubi mentem animi lumen, *ψυχῆς ἀγῆν*, dicit. Eadem comparatio etiam Pythagoreis illis, qui Aristotele teste Metaph. I. 5. inter decem sua opposita τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος receperunt, videtur cognita fuisse; nam ut Archytas ex Nearchi Tarentini testimonio ap. Cic. de Sen. 12. mentem animi lumen nuncupavit, ita Philolaus septenario numero et mentem et lucem contineri docuit teste auctore Theolog. Arithm. p. 56: *ψύχωσιν ἐν ἑξάδι, νοῦν δὲ καὶ ὑγίαν καὶ τὸ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον φῶς ἐν ἑβδομάδι κτλ.<sup>32)</sup>*

Quod autem ad sapientiae cum lumine comparisonem attinet, non solum Peripatetici eam lucernae locum obtinere dixerunt (ap. Euseb. Pr. Ev. XIII. p. 667. B.), sed etiam Plato sapientiae studio mentem velut ex Orco ad lucem (*εἰς φῶς*) et diem verum evehi docuit (de Rep. VII. p. 521. C.), et Parmenides, ut ipsum deum cum lumine contulit<sup>33)</sup>, ita sapientiae adytum, quo ab Heliadibus se ductum esse fingit, sublime in splendida luce collocat apud Sext. Emp. adv. Math. VII. 111:

— Κοῦραι δ' ὁδὸν ἡγεμόνεον,  
 Ἑλιάδες κοῦραι προλιποῦσαι δώματα νυκτός,  
 ἐς φάος ὠσάμεναι κροτάφων ἄπο χερσὶ καλύπτρας<sup>34)</sup>.

<sup>28)</sup> Aristot. Probl. XI. 33.

<sup>29)</sup> Jambl. V. P. 104. 266. Diog. Laert. VIII. 78.

<sup>30)</sup> Jambl. V. P. 208. Cicerone teste fuerunt, qui mentem e corpore solutam tanquam merum et unicum oculum undequaque omnia videre statuerent (Tusc. I. 20, 46. sq.); quae nescio an etiam Philolai fuerit sententia, qui apud Claudianum de stat. an. II. 7: „Diligitur, inquit, corpus ab anima, quia sine eo non potest uti sensibus, a quo postquam morte deducta est, agit in mundo incorporalem vitam.“ Boeckh. p. 177. Cf. not. 32.

<sup>31)</sup> Ad hunc locum proxime accedit Philo de Sacrif. T. II. p. 255.

<sup>32)</sup> Boeckh. p. 158. Hinc scintillae repetendae videntur, e quibus recentiores Pythagorei splendidum lumen elicuerunt. Jamblichus enim Protr. 21. p. 338: *μάλιστα δὲ τὸ περὶ Πυθαγορείων ἀνευ φωτὸς μὴ λάλει παρακλητικόν ἐστιν εἰς τὸν κατὰ φρόνησιν νοῦν. οὗτος γὰρ τῶ φῶτι ἔοικε τῆς ψυχῆς καὶ ἀόριστον οὖσαν αὐτὴν ὀρίζει περιάγει τε ὡσπερ ἐκ σκότου εἰς φῶς κτλ.* Plutarch. Quaest. Gr. 39. p. 399. C: *τῶν δὲ ἀποθανόντων οἱ Πυθαγορικοὶ λέγουσιν τὰς ψυχὰς μὴ ποιεῖν σιάν μηδὲ σαρκαμύττειν.* Nam, ut alibi ait (de Fac. Lun. p. 932. D.), *τὸ φῶς οὐ ποιεῖ σιάν.* Cf. not. 30.

<sup>33)</sup> Cic. de nat. deor. I. 11. Cf. Grupp. p. 141: „Sich Gott und das gute Princip als das Urlicht vorzustellen, ist bekanntlich philonisch, eine Vorstellung, welche diese spätern Juden wahrscheinlich den Persern verdankten etc.“ Cf. Plat. de Rep. VII. p. 517. C. 540. A. Sophist. p. 254. A. al.

<sup>34)</sup> Karsten. Emped. reliq. vs. 5. Cf. Boeckh. in Indice lect. Berol. 1836 — 37. p. 5.



Neque dubium, quin plures etiam eiusmodi sententiae exstarent, si omnes philosophorum veterum *περὶ σοφίας* sive *περὶ φιλοσοφίας* libri et *προτρεπτικοὶ λόγοι*, quales Crito et Simon Socratici, Xenocrates, Aristoteles, Theophrastus, Cleanthes, alii ad commendandum philosophiae studium composuerant<sup>35</sup>), ad nos pervenissent.

Quod porro in Critonis fragmento l. c., ut apud Philonem<sup>36</sup>), de hominis in coelum suspectu, tanquam cognitionis consequendae indicio, sermo est: *διὰ τοῦτο ἀναθρώσκοντα αὐτὸν ἐποίησεν εἰς τὸν οὐρανὸν κτλ.*<sup>37</sup>), id minus etiam momenti habet. Quis enim, quaeso, sententiam a Philone Judaeo repetendam esse concedat, quam vix quisquam, qui visu gaudet, reprimere potest? Accedit, quod similitum sententiarum apud Graecos et Romanos scriptores ante Philonem Judaeum non est penuria. Ovidium enim si audimus (Metam. I. 83), Prometheus hominem

Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum,  
Pronaque cum spectent animalia cetera terram<sup>38</sup>),  
Os homini sublime dedit coelumque tueri  
Iussit et erectos ad sidera tollere vultus.

Item Cicero homines ait humo excitatos celsos et erectos a diis constitutos esse, ut deorum cognitionem coelum intuentes capere possent; esse enim in terra homines non ut incolas atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque coelestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertineat (de nat. deor. II. 56). Et alio loco (de legg. II. 9.) idem: „Natura, inquit, figuram aptam ingenio humano dedit; nam quum ceteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit ad coelique quasi cognationis domicilique pristini conspectum excitavit.“ Item Socrates apud Xenoph. Mem. I. 4. 11. *πρῶτον μὲν*, inquit, *μόνον τῶν ζώων ἀνθρώπων ὁρθὸν ἀνέστησαν* (sc. *οἱ θεοί*) *ἢ δὲ ὁρθότης καὶ προορᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι καὶ τὰ ὑπερθεῖν μᾶλλον θεῶσθαι*. Et magnificentius, ut assolet, Plato in Tim. p. 90. A: *δαίμονα θεὸς ἐκάστῳ ἔδωκε τοῦτο, ὃ δὴ φαμεν οἰκεῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' ἄκρω τῆς σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ ξυγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν ὡς ὄντας φυτὸν οὐκ ἔγγειον, ἀλλ' οὐράνιον, ὁρθότατα λέγοντες· ἐκεῖθεν γὰρ ὄθεν ἡ πρώτη τῆς ψυχῆς γένεσις ἔφνυ, τὸ θεῖον τὴν κεφαλὴν καὶ εἴζαν ἡμῶν ἀνακρεμαννὸν ὁρθοῖ πᾶν τὸ σῶμα*. Cf. Aristot. l. c. (p. 5.) de part. an. IV. 10. Quid? quod fuerunt, qui ipsum *ἄνθρωπος* nomen, quasi in hoc ipso iam sententia illa Gruppio suspecta lateret, *παρὰ τοῦ ἀναθρεῖν ἢ ὀπώπαμεν* sive *παρὰ τοῦ ἄνω ἀθρεῖν* derivandum putarent (Plat. Crat. p. 399. C., Orion. Etym. p. 16., Etym. M. p. 99, 22). Philo autem Judaeus l. c. Platonis sententiam ante oculos habuit eamque *παλαιὸν λόγον* vocat; ait enim: *ἀνθρώπου δὲ (ὄψιν) ἔμπαλιν ἀνώρθωσεν, ἵνα τὸν οὐρανὸν καταθεῖται, φυτὸν οὐκ ἔγγειον, ἀλλ' οὐράνιον, ὡς παλαιὸς λόγος*.

<sup>35</sup>) Diog. Laert. II. 121. 122. IV. 11. V. 22. 50. VII. 175. Cf. Hemsterhus. Notae et emendatt. in Jambl. Protr. ed. Geel. Lugd. Bat. 1825. init. Sophistae iam *προτρεπτικὸς λόγους* habuerunt; cf. Plat. Euthyd. p. 278. C. D. 282. D.

<sup>36</sup>) Philo Jud. l. c. (cf. p. 13.) de Mundo p. 605. Cf. Minuc. F. 17. Lactant. de opif. dei 8.

<sup>37</sup>) Grupp. l. c. p. 141.

<sup>38</sup>) Cf. Sallust. Cat. 1., Philem. ap. Meineke fr. com. IV. p. 3.



Gravius videtur, quod vir acutissimus dicit, in Onatae fragmento l. c. duas reperiri locutiones, alteram τὰ ἔργα αὐτῷ sc. Θεοῦ, alteram δύναμις αὐτῷ καὶ ἀλήθεια, quae ad loquendi usum in Vetere Novoque Testamento regnantem proxime accedant<sup>39)</sup>. Sed τὰ ἔργα Θεοῦ, quae ab Onata commemorantur, non apparet, cur magis Judaicum dicendi genus redolcant, quam τὰ ἔργα τοῦ ἀριθμοῦ, de quibus Philolaus disputat ap. Stob. Ecl. I. p. 8: Θεωρεῖν δεῖ τὰ ἔργα καὶ τὴν ὠσίαν τῷ ἀριθμῷ κατὰ τὴν δύναν, ἅτις ἐντὶ ἐν τῇ δεκάδι\* μεγάλα γὰρ καὶ παντελῆς καὶ παντοεργός καὶ θείω καὶ οὐρανίω βίω καὶ ἀνθρωπίνω ἀρχῇ καὶ ἀγεμῶν κοινωνοῦσα. Nam numero Philolaus eodem loco, ut omnium rerum, ita etiam divinam naturam contineri docet. Neque hoc plane praetermittendum, quod Philolaus hunc mundum ἐνέργειαν αἰδίων Θεῶν nuncupat apud Stob. Ecl. I. p. 422. Sed eiusmodi ambagibus ad refutandam Gruppianae sententiam non est opus. Nam de operibus divinis, ut Homeri ἔργα Θεῶν mittamus, etiam Plato loquitur Sophist. p. 266. C: δύο γὰρ οὗν ἐστὶ ταῦτα θείας ἔργα ποιήσεως, et Tim. p. 41. A. rerum opifex: Θεοὶ Θεῶν, inquit, ὧν ἐγὼ δημιουργός πατήρ τε ἔργων. Eutyphr. p. 13. Item Socrates apud Xenoph. Mem. IV. 3, 13., Pindarus apud Ael. Aristid. II. p. 106., Cleanthes Hymn. in Jov. 35., Cicero Tusc. I. 29, 70., alii.

Quod autem ad alteram locutionem δύναμις αὐτῷ καὶ ἀλήθεια pertinet, ea in Onatae fragmento, quale ab Heerenio editum est, non reperitur; sed observat vir hic doctissimus ad fragmentum eius haec: „Quae sequuntur, mire perturbata sunt. Editum est a Cant. Ὁ μὲν Θεὸς τὰ τῶν ἄλλων ζώων ἐπαίει οὔτε νοητῶς οὔτε ἐπαίστω, εἰ μὴ τισὶ πάγχυ δλίγοις τῶν ἀνθρώπων. καὶ δύναμις δ' αὐτῷ ἀλήθεια, ὧν οἶμαι νομεύς τε ἐναργέα τε καὶ ἐπάϊστα\* αὐτὸς μὲν γὰρ Θεὸς ἐστὶ νόος καὶ ψυχῆς καὶ τὸ ἀγεμονικὸν τῷ σύμπαντος κόσμῳ\* τῇ δὲ δυνάμει αὐτῷ τ' ἀλήθεια. ὧν οἶμαι νομεύς\* τὰ τ' ἔργα καὶ πράξεις καὶ ταὶ κατὰ τὸν σύμπαντα κόσμον ἐπιστροφώσεις. Proxima verba καὶ δύναμις δ' αὐτῷ — νομεύς τε statim iterum occurrunt, et quidem suo loco; hic vero, quo sensum turbant, qui iis eiectis optime procedit, excludenda sunt. Nam quae ea excipiunt, αὐτὸς μὲν γὰρ — κόσμῳ rationem continent prioris sententiae, deum sensibus percipi non posse.“ Et paullo post pergit: „Jam sequuntur verba supra iam male inserta et utroque loco corrupta. Ταὶ δὲ δυνάμεις αὐτῷ recte Cod. V. pro τῇ δὲ δυνάμει αὐτῷ, sed pro ἀλήθεια ipse rescripsi ἀλσθηταί, quod et sensus flagitat et ipse Onatas eandem mox vocem repetens confirmat. Quae sequuntur: ὧν οἶμαι νομεύς τὰ τ' ἔργα αὐτῷ transposita esse videntur et leg. τὰ δ' ἔργα αὐτῷ, ὧν οἶμαι νομεύς, opera eius, quae moderatur.“ Haec Heerenius, qui, quamquam non omnes loci corrupti difficultates removisse videtur, tamen hoc certe extra omnem dubitationem posuit, pro ἀλήθεια legendum esse ἀλσθηταί, qua voce recepta sententia procedit vetere Graecorum philosopho non indigna. Nam deum oculorum obtutum effugere, neque posse nisi per opera sua ab hominibus cognosci, non solum Pauli apostoli sententia est (Rom. 1, 20: τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ (Θεοῦ) ἀπὸ κρίσεως κόσμου

<sup>39)</sup> Grupp. p. 134: „Die Werke Gottes: τὰ ἔργα αὐτῷ, im bereits citirten Fragment des Onatas bei Stobaeus, hat die Septuaginta an sehr vielen Orten; dasselbe gilt freilich auch vom neuen Testament.“ Item p. 136., ubi refert „Gedanken und Worte in den Bruchstücken, welche die Ausdrucksweise der neutestamentlichen Bücher ziemlich nahe berühren,“ verba illa Onatae καὶ δύναμις αὐτῷ καὶ ἀλήθεια commemorat.



τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἢ τε αἰδῖος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης), sed etiam Cicero iam docuit Tusc. I. 29: „Sic mentem hominis, quamvis eam non videas, ut deum non vides, tamen, ut deum agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum et inventione et celeritate motus omnique pulcritudine virtutis vim divinam mentis agnoscito.“ Item scriptor libri de Mundo, qui Aristoteli tribuitur<sup>40)</sup>, cap. 11: πάση θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος (ὁ θεός) ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται. Et Socrates apud Xenophont. Memor. IV. 3, 13: ὅτι δέ γε ἀληθῆ λέγω, καὶ σὺ — γνώση, ἂν μὴ ἀναμένης, ἕως ἂν τὰς μορφὰς τῶν θεῶν ἴδῃς, ἀλλ' ἐξαρκῆ σοι τὰ ἔργα αὐτῶν δοῶντι σέβασθαι καὶ τιμᾶν τοὺς θεούς κτλ. ἂ χρὴ κατανοῦντα μὴ καταφρονεῖν τῶν ἀοράτων, ἀλλ' ἐκ τῶν γιγνομένων τὴν δύναμιν αὐτῶν καταμανθάνοντα τιμᾶν τὸ δαιμόνιον.

Sic omnes dilabuntur criminationes, quibus Gruppianus Pythagoreorum illorum de mentis humanae deum contemplandi facultate sententias obruit. \*)

Reliqua eius argumenta num gravioris sint momenti, alias videbimus. Vos vero, Commilitones humanissimi, valete et favete!

<sup>40)</sup> De vero illius libri auctore cf. Brandis l. c. I. p. 152. not. t. et II. 2, 1. p. 120. not. 191.

\*) Pag. 12. lin. 20—22. omissis verbis: „et, quidquid existit, ea comprehendi docuit, sicut visu res visibiles,“ legendum est: ἄλιος δὲ ἀστρῶν κτλ. — οὕτω γὰρ ἔχει σοφία περὶ πάντα τὰ ἐόντα, ὡς ὄψις περὶ πάντα τὰ δευρά.



# LECTIONES.

## A. ORDINIS THEOLOGICI.

**Mich. Jos. Krueger, Dr. P. P. O. h. t. Decanus.**

- I. Evangelium secundum Marcum synoptice diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis hora IX—X exponet.
- II. Amosi vaticinia interpretabitur die Veneris hora IX—X.
- III. Barnabae apostolo adscriptam epistolam catholicam explicabit bis per hebdomadem.

**Andr. Menzel, Lic. P. P. O. Des.**

- I. Apologetices reliquam partem tradet diebus Lunae et Jovis hora II—III.
- II. Doctrinam de creatione mundi et de angelorum hominumque lapsu proponet diebus Lunae, Martis et Mercurii hora X—XI.
- III. Theologiae moralis partem alteram tractabit diebus Jovis, Veneris et Saturni hora X—XI.

**Ant. Paschke, Lic.**

- I. Hermeneuticae et Criticae sacrae praecepta proponet diebus Lunae et Mercurii hora VIII—IX et die Martis horis VIII—IX et II—III.
- II. Epistolam S. Pauli ad Galatas scriptam exponet diebus Jovis et Veneris hora VIII—IX.

**Andr. Thiel, Lic.**

- I. Historiam ecclesiasticam a tempore Gregorii VII usque ad saeculum XVI. tradet sexies per hebdomadem hora XI—XII.

## B. ORDINIS PHILOSOPHICI.

**Laur. Feldt, Dr. P. P. O. h. t. Prodecanus.**

- I. Trigonometriam geographicam, i. e. trigonometriam planam, sphaericam et sphaeroïdicam ex libro: v. Sniadecki's sphaerische Trigonometrie etc. übersetzt von Feldt tradet diebus Lunae et Jovis hora X—XI.



- II. Calculum differentialem et integralem simul cum applicationibus docebit diebus Lunae et Martis hora II—III.
- III. De Chronologia et de Calendario Juliano et Gregoriano disseret diebus Martis et Veneris. hora X—XI.
- IV. Aut Geographiam physicam et Climatologiam tradet, et usum instrumentorum meteorologicorum ac praxin observandi ostendet, aut Opticam, Catoptricam et Dioptricam exponet et Conversatorium de rebus physicis instituet diebus Mercurii et Saturni hora XI—XII.

**Max. Truetschel, Dr. P. P. O. Des.**

- I. Metaphysicam docebit quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora matutina VIII—IX.
- II. Selecta capita Metaphysicae Aristoteliae interpretabitur ter per hebdomadem, diebus Lunae, Martis et Jovis hora vespertina V—VI.
- III. Disputatoria et Repetitoria offert instituenda, semel per hebdomadem die et hora definienda.

**Franc. Beckmann, Dr. P. P. E.**

- I. Ciceronis de finibus bonorum et malorum libros interpretabitur ter per hebdomadem hora X—XI.
- II. Sophoclis Philoctetam explicabit bis per hebdomadem hora X—XI.
- III. Justinii M. apologias interpretari perget bis per hebdomadem horis definiendis.
- IV. Latine scribendi et loquendi exercitationes moderabitur bis per hebdomadem horis definiendis.

**Wilh. Junkmann, Dr. P. P. E. Des.**

- I. Historiam medii aevi exponet bis per hebdomadem.
- II. Historiam coloniarum tam saecularium quam ecclesiasticarum inde a saeculo XVI enarrabit bis per hebdomadem.
- III. Historiam poesis christianorum populorum tradet bis per hebdomadem.

---

## Publica doctrinae subsidia.

**B**ibliotheca Lycei Regii Hosiani, cui praest Prof. Dr. **Feldt**, diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hor. XI et die Mercurii hor. II studiosis patebit. — Apparatus physicus, et instrumenta mathematico-astronomica cum ad lectiones adhibebuntur, tum aditus suo loco petentibus lubenter dabitur.

---



## Stipendium Scheillio-Bussianum.

In solvenda quaestione: „Quomodo dies dominici et festivi in ecclesia christiana celebrati sint ante Caroli Magni aetatem,“ pro assequendo stipendio Scheillio-Bussiano e Commilitonibus unus tantum, quod dolendum, studium operamque collocavit. Qui quamvis in elaborando opusculo suo, cujus haec tessera est:

„Dies festus enim ideo institutus est, non ut turpiter agamus, non ut peccata accumulamus, sed ut quae admissa fuere de medio tollamus.“

S. Chrysostomus hom. XXVII. in I. Cor.

interdum stilo negligentiore nimisque festinante usus sit, ipsam tamen rem satis diligenter et circumspete pertractavit, unde Ordo Theologorum eum praemio non indignum esse judicavit.

Resignata scheda prodiit nomen: Hermannus Conradt, Stud. Theol.



